

POPIS PUBLICZNY

U C Z N I Ó W

Szkoły Woiewódzkiéy Kieleckiéy.

(*Odbywać się będzie dnia 22. 23. i 25. Lipca.*

na który

PRZEŚWIETNĄ PUBLICZNOŚĆ

Rektor i Nauczyciele

zapraszają)

w KIELCACH

1825 ~~5~~ 1836

(w Drukarni Jana Nepomucena Wodzicki 1825, Roku.)

Niniejszy Programmat wolno drukować w myśl Reskryptu Kom-
missyi Rządowéy Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego z d.
16. Czerwca r.b. Nro. $\frac{3114}{1131}$

w Warszawie dnia 21. Czerwca 1825. roku.

Radca Stanu, Dyrektor Jlny Wychowania Publicznego,
(podpisano) *J. K. Szaniawski.*

Nader ważną dla Ucznia Szkół publicznych stanowi epokę koniec roku szkolnego: w nim bowiem w obliczu Rządu, Rodziców, Krewnych, i Publiczności zdaie sprawę z odniesionych plonów naukowych; w nim widocznie okazuje się, ile młodzieniec dobrze lub źle drogiego użył czasu; w nim nareszcie stosownie do stopnia nabytych przez niego wiadomości i rozwinięcia władz umysłowych dają wyrok Nauczyciele o jego promocyi. Gdy wyrok ten troskliwą Szanownych Rodziców zaimuje ciekawość, a często bardzo, pomimo nayszczerszej chęci Zwierzchności szkolney, nieodpowiada Jch oczekiwaniu, i staie się powodem do niestuszných uzaleń; Rektor uważa za rzecz potrzebną umieścić w piśmie niniejszem niektóre myśli przedmiot ten wyjaśniające.

Nauczyciele przen kłieci ważności powołania swojego, w postępowaniu względem Uczniów pragnąc iedynie spełnić oczekiwanie Rządu i Rodziców, całą swoją usilność na to zwracają, aby młodzież sterowi ich poruczona należycie w naukach planem obiętych ugruntowaną była, a tém samém godnie odpowiadała celowi życia towarzyskiego: bo każdy przyzna, że im dokładniejsze mamy rzeczy poznanie, tém użytecznie szemi stać się możemy społeczeństwa członkami. A iakieżyte gruntowności spodziewać się można po takim młodzieńcu, który początkowych zasąd naukowych w klassach niższych nie zgłębiwszy, do słuchania wyższych nauk będzie przypuszczonym? Wiadomości iego, na przyzwoitych nie oparte zasadach, słabe i niepewne będą. A stąd się okazuje, iaką ostrożność należy zachować w dawaniu Uczniom promocyi. Krzywda się takiemu młodzieńcowi wyrządza, którego się nie usposobionego należycie do klasy wyższej przenosi, przez to bowiem utracą on sposobność gruntownego doskonalenia się. Szczere nawet późniey ze strony Ucznia usiłowania nie zdołają wynagrodzić straty, iaką, przez zawczesne do klasy wyższej posunięcie, poniecie. Doświadcze-

— 4 —

nie przekonywa, że Uczeń dosyć nawet pilny, lecz za rychło posunięty natrafiając w klassach wyższych na tysiączne trudności w zrozumieniu należytem nauk sobie wykładanych, iedynie dla tego, iż poprzedniczych przyzwocie nie obiał, temi przeszkodami zrażony, opuszcza się; gdy przeciwnie inny, na rok drugi w téjże saméj klassie dla mocniejszego w naukach utwierdzenia się zostawiony, następnie do klass wyższych przeszedłszy, wszystko dla siebie ułatwioném i iasnym znajdując, pomiędzy celniczszymi zajmuje miejsce.

Jakoż Wysoka Magistratura nad Edukacją czuwająca, troskliwa o gruntowne młodzi oświecenie, przekonana o szkodliwych wczesnego promowowania skutkach, w §. 40. Urządzenia wewnętrznego ściśle oznaczwszy stopnie wiadomości, z iakimi uczeń do każdéj klasy ma być przyjmowany, aby w niej z korzyścią słuchał nauk sobie dawanych, tak dalej mówi: „Gdyby zaś w niektórych tylko przedmiotach uczeń zdawał się być mocnym, a w innych bardzo słabym, promowowanym być nie powinien; bo lepiéy, ażeby był dobrym uczniem klasy niższéj, niż iednym z naygorszych klasy wyższéj. Niech tam nabierze ducha gruntowności i dokładności, a z edukacyi swoiéj rzetelny odnie sie pożytek. Doświadczenie albowiem uczy, że kto w niższych klassach przestawał na niedokładném rzeczy obięciu, nie tylko w wyższych klassach niczego się gruntownie nie nauczył, ale też w całym życiu swoiém zgłębiać rzeczy i dobrze o nich sądzić nie umiał.“

Wpisy Uczniów na pierwsze półroczcie 18 $\frac{25}{6}$. roku odbywać się będą u Rektora w obecności Kuratora Szkół Woiewództwa Krakowskiego dnia 15. Września i następnych. Ostrzega się, aby każdy, ile możności, na czas oznaczony przybył. Opóźnienie, iako szkodliwe na postępek w naukach wpływające, obostrzone jest §. II. Ustaw dla Uczniów Szkół publicznych: „Uczeń nie rychło powracający z wakacyi lub świąt nie otrzyma promocyi do klasy wyższéj, lub do niższéj, przesadzonym będzie, chyba że swoje opóźnienie ważną iaką przy czyną udowodni.“

Przy-

Przytęm Uczeń powinien złożyć opłatę, lub świadectwo od niego uwalniające: przybywający zaś pierwszy raz, oprócz tego, metrykę urodzenia, tudzież świadectwo naturalny lub szczepionę ospy.

A gdy najgorliwsze ze strony Nauczycielów usiłowania, w ukształceniu młodzieży podjęte, pomyślnym skutkiem uwiecznione być nie mogą, jeżeli uczniowie wpływem zewnętrznym na rozstargnienie lub zepsucie będą narażeni; Szanowni więc Rodzice lub Opiekunowie, w towarzystwie których uczeń do zapisu stawić się powinien, mają zaręczyć, że tenże będzie miał nad sobą należyty dozór domowy, i że nie będzie na przeszkodę w naukach i zgrzeszenie wystawiony.

O s o b y

składające Zgromadzenie Nauczycielskie i przedmioty w tym roku przez nie wykładane.

- X. *Poleiowski* Rektor, dawał w Klasie II. Religii i Języka Łacińskiego godzin 8. w tygodniu.
- X. *Przybylski* Prefekt, we wszystkich Klassach Religii i Nauki Moralnej godzin 20.
- P. *Sobertin* Professor, w Klassach IV. V. VI. Matematyki i Fizyki godzin 16.
- P. *Jan Koncewicz* Professor, Historii Naturalnej Fizyki i Chemii w Klassach II. III. IV. V. VI. godzin 18.
- X. *Wisniewski* Professor, Języka Łacińskiego w Klassach III. V. i VI. godzin 17.
- P. *Bieliński* Professor, Języka Łacińskiego i Greckiego w Klasie IV. Polskiego w Klasie VI. Historii Powszechny w Klassach IV. V. i VI. godzin 18.
- P. *Wnorowski* Professor, Języka Polskiego w Klasie III. Niemieckiego w III. IV. V. i VI. godzin 21.
- P. *Łukasz Koncewicz* Professor, Języka Polskiego w Klassach IV. V. Łacińskiego Greckiego i Starożytności w Klassach V. i VI. godzin 19.
- P. *Trzeciński* Nauczyciel, Jeometrii i Arytmetyki w Klassach I. II. i III. godzin 20.

P. Bo-

- P. Borzęcki* Nauczyciel, Rysunków w Klassach I. II. i III. Jeografii i Języka Łacińskiego w Klassie II. godzin 20.
- P. Ujazdowski* Nauczyciel, Kalligrafii w Klassie I. Historji Powszechnéj w III. Historji Polskiej w II. III. IV. V. i VI. Jeografii w Klassach III. IV. V. godzin 21.
- P. Tramecourt* Nauczyciel, Języka Francuzkiego w Klassach III. IV. V. i VI. godzin 15.
- P. Peyzan* Kollaborator, w Klassie II. Języka Polskiego, Łacińskiego Historji Powszechnéj i Kalligrafii godzin 21.
- P. Rewolński* Kollaborator, Języka Polskiego, Łacińskiego, Jeografii, Historji Powszechnéj i Naturalnéj w Klassie I. Kalligrafii w Klasie II. godzin 22.
- Professor Wnorowski trudni się dozorem Biblioteki Szkolnéj.
Gabinet Fizyczny jest pod dozorem Professora Jana Koncewioza.

O s o b y

które Szkołe naszéj uczyniły w tym roku ofiary.

1. w Xiążkach.

WW. JX. Paszkowski Vice Regens Seminaryum Kieleckiego Xiążek sztuk 3. — X. Grzybowski sztuk 2. — X. Lasocki sztuk 2. — Professor Ujazdowski sztuk 3. — Ochotnicka sztuk 18. — Bilewski sztu. 1. — Protsehar sztuk 3. — Saniewski sztuk 2.

Uczniowie Klassy VI.

Krauss Antoni Xiążek 3. — Lasocki Józef 2. — Sołtyk Stanisław 1. — Łuszczkiewicz Stanisław 2. — Złowodzki Jan 8. — Zurkiewicz Hipolit 3. — Guliński Franciszek 2. — Gurowski Maciej 5. — Laskowski Seweryn 2. — Czaplicki Seweryn 1. — Zelkowski Woyciech 5. — Nielepiec Jan 4. — Kowalski Jan 2.

Uczniowie Klassy V.

Czaplicki Wilhelm 1. — Teliga Karol 2. — Medyński Napoleon 2. — Rybus Antoni 3. — Ostrowski Teodor 3. — Marciszewski Józef 1. — Popławski Brazm 2. — Beżowski Ludwik 2. — Poniewierski Woyciech 4. — Rytkowski Ludwik 1.

Ucznio-

Uczniowie Klasy IV.

Stokowski Wincenty xiążkę 1. — Przystoiecki Adam 1. — Łęcki Antoni 1. — Dobiecki Al xy 2. — Piątkowski Tomasz 3. — Byłski Edward 1. — Zygmuntowicz Stanisław 2. — Jopkiewicz Stanisław 4. — Bacewicz Antoni 1. — Smykała Józef 1. — Lipski Józef 2. — Rybarski Felix 1. — Bukowski Andrzej 2. — Xelowski Andrzej 1. — Łabęcki Karol 1. — Kruszewski Jan 1.

Uczniowie Klasy III.

Grabkowski Ferdynand xiążkę 1. — Schweyger Ludwik 6. — Załęski Teofil 2. — Teliga Ignacy 1. — Kaleciński Konstanty 3.

Uczniowie Klasy II.

Stachurski Franciszek xiążkę 1. — Popiel Kazimierz 1.

Uczniowie Klasy I.

Fuchs Aloizy xiążkę 1. — Koehler Ludwik 1.

2. *w Medalach żelaznych.*

Uczniowie Klasy III. Zwierkowski Alexander sztuk 2. — Wilczyński Roman sztukę 1. — Lubelski Ludwik szt. 1. — Surmacki August sztukę 1.

3. *w Pieniądzach srebrnych.*

Jopkiewicz Stanisław Uczeń Klasy IV. sztuk 7. — Gaiek Karol

Uczeń Klasy III. sztukę 1. — Teliga Ignacy Uczeń Klasy III szt. 1.

4. *Do zbioru Mineralogicznego.*

W. Pusch Professor Szkoły Aka. Gór. w Kielcach ofiarował Mineralów sztuk 137. pięknie dobranych i z dokładnem oznaczeniem miejsc z których pochodzą: a że są w znaczney części krajowe, dodane przeto do zbioru, który Szkoła nasza z lat dawniejszych posiada, utworzą niemal całkowity komplet Mineralów krajowych, tak ważnych dla uczący się młodzi ży pod względem praktycznego obeznania się z bogactwami własney ziemi.

Za wymienione tu ofiary Rektor imieniem Instytutu wdzięczność oświadcza.

Biblioteka szkolna znacznie w tym roku pomnożoną została, przybyło bowiem 1100. tomów: tak więc teraz obeymuie 2867. xiążek.

Do Gabinetu Fizycznego przybyło także kilka Machin,

Popis odbywać się będzie porządkiem następującym.

Dnia 22. Lipca Klasy I i II. Z rana od go. 8. do $8\frac{1}{2}$ Nauka Religii — Od $8\frac{1}{2}$ do 9. Język Polski — Od 9 do $9\frac{1}{2}$ Język Łaciński. — Od $9\frac{1}{2}$ do 10. Jeografia. — Od 10. do $10\frac{3}{4}$ Historya Polska i Powszechna. — Od $10\frac{3}{4}$ do $11\frac{1}{2}$ Arytmetyka i Jeometrya. — Od $11\frac{1}{2}$ do 12. Historya Naturalna. — Od 12. do $12\frac{1}{4}$ Fizyka.

Dnia 23. Lipca Klasy III i IV. Z rana od go. 8. do $8\frac{1}{2}$ Nauka Religii. — Od $8\frac{1}{2}$ do 9. Język Łaciński. — Od 9. do $9\frac{1}{4}$ Język Grecki. — Od $9\frac{1}{4}$ do $9\frac{3}{4}$ Język Niemiecki. — Od $9\frac{3}{4}$ do $10\frac{1}{4}$ Język Francuzki. — Od $10\frac{1}{4}$ do $10\frac{3}{4}$ Język Polski. — Od $10\frac{3}{4}$ do $11\frac{1}{4}$ Arytmetyka i Algiebra. — Od $11\frac{1}{4}$ do $11\frac{3}{4}$ Jeometrya. — Od $11\frac{3}{4}$ do $12\frac{1}{4}$ Historya Naturalna. — Od $12\frac{1}{4}$ do $12\frac{3}{4}$ Fizyka. — Od $12\frac{3}{4}$ do 1. Jeografia. — Od 1. do $1\frac{1}{2}$ Historya Powszechna i Polska.

Dnia 25. Lipca Klasy V. i VI. Z rana od 8. do $8\frac{1}{2}$ Nauka Religii. — Od $8\frac{1}{2}$ do 9. Język Grecki — Od 9. do $9\frac{3}{4}$ Język Łaciński i Starożytności — Od $9\frac{3}{4}$ do $10\frac{1}{4}$ Język Niemiecki — Od $1\frac{1}{4}$ do $10\frac{3}{4}$ Język Francuzki. — Od $10\frac{3}{4}$ do $11\frac{1}{4}$ Język Polski — Od $11\frac{1}{4}$ do $11\frac{3}{4}$ Jeografia — Od $11\frac{3}{4}$ do $12\frac{1}{4}$ Historya Powszechna i Polska. — Od $12\frac{1}{4}$ do $12\frac{3}{4}$ Algiebra — Od $12\frac{3}{4}$ do $1\frac{1}{4}$ Jeometrya. — Od $1\frac{1}{4}$ do $1\frac{3}{4}$ Historya Naturalna — Od $1\frac{3}{4}$ do $2\frac{1}{4}$ Fizyka i Chemia.

Po czém nastąpi czytanie promocyi, pochwał i rozdanie nagrod.

Odśpiewanie Hymnu S. Ambrożego zakończy Uroczystość popisową.

Examen Uczniów Klasy VI. chcących uzyskać świadectwo dojrzałości odbędzie się w dniach 26. i 27. Lipca.



Hospitii historia antiquior.

Peroptima mihi quidem, Juvenes Ornatissimi! eorum opinio videri solet, qui in rebus singulis indagandis omnem Historiæ vim consistere arbitrantur. Etenim nemo fere est, qui hoc putet, se aliquid in historia profecisse; nisi singulas partes, quibus ea constaret, plane perspexisset. Quin etiam inter singulas res tantum intercedit discrimen, ut aliae aliis lucem afferant maximam. Ac mihi quidem sæpenumero cogitanti, et rerum gestarum monumenta intuenti visum est, veterum jus hospitii ad huius generis argumenta merito esse referendum. Multa enim sunt, præcipue in illis originibus, quæ nisi hospitii rationem penitus perspexeris, rite explicari non possunt. Qui enim fieri potuit, ut tam sæpe migrationes fierent, nisi jus hospitii extitisset, quod omnes homines societate quadam et mutuo amore junxisset? Quid dicam de coloniis deducendis? Quid de imperio tam sæpe cum peregrinis dividendo? Quid de multis aliis? Quæ omnia ex hoc gravissimo instituto quasi e fonte sacro manasse videntur... Sed ne nimium longa sumatur oratio, de re dicere incipiam.

Hospitii natura et vis in eo posita fuit, ut plena fide alii alios præsertim peregrinos et advenas, quocumque possent, liberalitatis genere prosequerentur, ædes et domos suas præstarent, potum eibunaque liberaliter præberent. Ac si volumus huius hospitii considerare principium, reperiens id iam inde antiquitus ex honestissimis causis esse natum. Etenim cum primi homines ob nimiam multitudinem sedem illam paternam ac pristinam relinquerent, et in alias terras migrarent, data dextra sine dubio foedus hoc sanctissimum hospitalitatis inierunt, idque omni tempore retinuerunt.

Neque vero mirandum, quod non omnes populi aequabiliter hospitales extitissent. Etenim quo plus homines ab antiqua illa sede recederent, et propter coecās ac temerarias animi cupiditates, tum etiam monumentorum inopiam ad nova quaedam descenderent; eo magis hoc quoque sanctissimum liberalitatis genus in varias formas mutari coepit. Præterea nec id quoque silentio prætereundum, mores cuiuscunque populi non parum ex eius institutis legibusque pendere. Ita factum est, ut Hebræi, quanquam hospitales extitissent, non tamen hospitium ad hunc florem atque Græci et Romani perduxerint. Cautum enim erat legibus, ne se sapientiamque illam divinam cum ceteris nationibus communicarent, aut ex commercio cum peregrinis prava quaedam et profana delibarent. Sed iam his constitutis res ipsa consideretur.

Nemo sane hoc ignorat, quemadmodum rerum gravissimarum et omnis fere sapientiæ exemplaria; sic quoque Hospitii præclarissima monumenta in sacris extare Literis. Et quidem primo intuitu oculoꝝ videmus Patriarchas aliosque Sanctissimos Viros summum in eo posuisse studium, ut hospitales totam vitam existerent. Etenim primo quasi omnem occasionem peregrinos excipieadi captantes pro tabernaculis potissimum circa meridianum tempus, quo viatores ob summam caloris vim tecta atque diversoria quæerunt, stabant foris, quasi specularantes, ne forte præteriret peregrinus aliquis, atque advenientes officiose hospitio excipiebant.

Abrahamus ille magnus et illustris gentium pater eximium hospitii exemplar præbuit, qui circa meridiem ante ostium tabernaculi sedisse atque advenientes humanissimè excepisse scribitur. Ac vero si peregrinos conspexisset, illico magna cum celeritate occurrebat, illosque grato animo et humili corpore non solum salutabat, verum etiam in aedes suas invitabat: (a)

Si-

-
- a) Liber Genesis Capite XVIII. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambræ sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. Cumque elevasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos eum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, et adoravit in terram. Et dixit: Domine si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, et lavate pedes vestros, et requiescite sub arbore. Po-

nam-

Simile hospitii exemplum habemus in Loto Abrahami fratris filio. Is enim ad portam Sodomorum sedens, ac duos Angelos conspicatus surrexit statim illisque obviam processit; deinde illos amice huiusce modi verbis allocutus est: Obsecro vos Domini in domum servi vestri divertite ac mecum pernoctate, lavate pedes vestros, ut mane consurgentes persequamini iter vestrum. Cui illi: Non, inquit, sed in platea pernoctabimus. At cum ille vehementius et acrius instaret, ut apud se diversarentur, illi tandem domum illius sunt ingressi. Quibus coenam admodum liberalem instruxit, placentas infermentatas apposuit, illosque noctu adversus Sodomitarum vim atque violentiam summo cum vitæ suæ periculo tutatus est (b)

Insignis porro fuit hospitalitas Rebeccæ Bethuelis filiae eiusque fratris Labani in servo Abrahami excipiendo. Is enim missus ab Abrahamo cum ad urbem Nachor venisset, ibique filias civium ad hauriendam aquam egredientes vidisset, a Rebecca exceptus hospitio scribitur. Quæ non solum ei petenti aquam dedit, sed etiam citissime ad puteum recurrit, haustaque iterum aqua singulis camelis ad bibendum præbuit. Tum postea servum humanissime invitavit promittendo, multum palearum et locum ad manendum domi esse amplissimum. Interim Labanus Rebeccæ frater egressus urbe servum iuxta camelos et prope fontem aquæ stantem, officiose rogavit, ut ad se diverteret. Inde introduxit eum in hospitium, destravit camelos, deditque paleas et foenum, item aquam ad lavandos pedes servi et virorum, qui venerant cum eo. Tandem mandatis peractis laute convivium celebrarunt. (c)

B 2

Non

namque bucellam panis, et confortate cor vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad servum suum. Qui dixerunt: Fac ut locutus es. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria sata similæ commisce, et fac subinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, et tulit inde vitulum tenerimum et optimum, deditque puero: qui festinavit et coxit illum. Tulit quoque butyrum et lac et vitulum, quem coxerat, et posuit coram eis: ipse vero stabat iuxta eos sub arbore... „Item versu 16. eiusdem Capituli: “ Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodoma, et Abraham simul gradiebatur deducens eos. ”

(b) Genesis Capite XIX.

(c) Genesis Capite XXIV.

Non est quoque silentio prætereunda Sunamitis illa, quæ se erga Elissæum tantum in modum hospitalem præstitit, ut omnium fama præclarissimum eius virtutis exemplar exhibuerit. Is enim Vir Sanctus cum per Sunam iter faceret, a Sunamitide hac ingenti hospitio exceptus est. Cum vero frequentius inde transiret, divertebat ad eam, ut comederet panem. Quæ mulier cum innocentiam et pietatem Sanctissimi Viri animadvertisset, rogabat maritum, ut coenaculum parvum hospiti huic faceret, omnibusque rebus necessariis instrueret. (d)

Nec vero tantum in populo Dei multa præclara hospitalitatis exempla reperiuntur: verum etiam alias quoque gentes vel ipsius naturæ ductu præ ceteris fere virtutibus hospitalitatem præcipue coluisse legimus.

Aegyptii tantum in modum hanc virtutem exercuisse dicuntur, ut Deos ipsos sub viatorum specie latentes oberrasse crederent ad vindictam eorum sumendam, qui hospitium violassent. Ita factum est, ut sapientes Græciæ in Aegyptum peregrinantes, item duces belli Troiani ab Aegyptiis humanissime exciperentur. (e)

Aethiopum hospitalitatem mirum in modum laudat Heliodorus, cui quoque assentire videtur Homerus, qui ait: Deos ipsos ab hoc populo sæpe fuisse exceptos multosque dies convivia lautissima celebrasse.

Verum horum populorum omnium hospitalitatem Græci maxime colebant: quippe qui huius virtutis officia non solum egregie docuerunt, verum etiam re ipsa et privatim et publice præstiterunt. Multis in locis ædificia publica extruebant, quæ omnibus advenis paterent.

Propterea non est mirandum Jovem ipsum habitu peregrini in terram descendisse, ut Lycaonem crudelissimum, qui peregrinos mactare edendosque hospitibus apponere consuevisset, vehementissime ulcisceretur. Præter enim Jovem *Xenion* fuerunt quoque alii Dii, quos Græci peregrinorum patronos ac hospitii vindices existimabant.

In Italia quoque antiquissima multa et præclara hospitii exemplaria literis celebrantur. Ita Saturnus coelo eiectus ab Jano Italiæ rege huma-

d) Libro IV. Regum Cap. IV.

(e) Genesis sub finem Cap. XXII. Abrahami in Aegypto hospitio excepti fit mentio. Item Encycloquédie ou Dictionnaire raisonné des sciences cet: par une société de gens de Lettres Tome 8. pa. 315.

humanissime excipitur, Aenæas cremata patria et domo hospitio Latini utitur. (f)

At vero hos omnes superarunt hospitio Romani. Tanta enim fuit iis hospitum observantia, ut hospitalitatis necessitudinem vel ipsa sanguinis coniunctione sanctiorem existimarent. (g) Propterea ut apud Græcos certæ quædam erant ædes peregrinis recipiendis destinatæ; sic quoque Romani domus habuerunt in hospitum usum exstructas, quas Hospitalia sive Hospitia vocarunt... Has tricliniis, cubiculis ceterisque rebus necessariis instruebant, ut recepti hospitio commode manere possent. (h)

Ut vero necessitudo huius officii sanctius coleretur, certiusque ad posteros transiret, factum est sæpissime, ut inter privatos hospitium iungeretur, cuius rei nota pignusque erat tessera hospitalis.

Fiebant autem hæ tessere ex ligno aut ebore longiusculo et utrinque exequato, quas hospitio excepti incidentes dimidiata partem relinquebant iis, apud quos diversarentur, ut si opus esset, vel ipsos vel ipsorum posteros et amicos eodem rursus uti hospitio, dimidiata illa prolata tessera liceret. Nonnunquam ad hanc rem moneta quadam, eodem modo utebantur. Populum Romanum cum aliis populis vel Regibus vel etiam privatis hominibus Senatusconsulto legimus aliquando hospitium contraxisse... (i)

Ut autem certa fuit hospitii contrahendi ratio, quæ tessereis ultro citroque datis, uti dictum est, fiebat: ita si quem contracti hospitii poeni

(f) Livius libro 1. Cap. 1.

(g) Gellius Libro V. Capite 13. Primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere fidei tutelæque nostræ creditos. Secundum eos proximum locum clientes habere, qui sese itidem in fidem patrociniumque nostrum dederant. Tum in tertio loco esse hospites, postea esse cognatos affinesque. Livius Libro VII. de Bello Mæcedonico, Cicero in Verina IV.

(h) Vitruvius libro VI. Præterea dextra ac sinistra domunculæ constituantur, habentes proprias iannas, triclinia et cubicula commoda, ut hospites advenientes non in peristyllia, sed in hospitalia recipiantur. Cicero Libro 1. Officiorum.

(i) Livius Lib. V.

nituisset, renūtiare hospitium solebant, tesseram confringendo, ne hospitii ius violaret. (k)

Deinde ut hæc cum publici tum privati hospitii necessitudo Græcis sacrosancta visa est, quam violare nefas esse: ita Romanis quoque, qui idcirco non minori cultu Jovem Xenium sive Hospitalem ceterosque Deos viales, ut Minervam. Venerem Herculem, Castorem et Pollucem colunt.

Ac apud Majores nostros summam antiquitatis, hospitalitatem extitisse multi scriptores tradunt. Argumento sint ea, quæ de Piasta commemorantur. Is enim Vir cum ingenti humanitate erga cives uteretur, omnium suffragiis imperium obtinuisse dicitur. Contra vero Popielus ob violatum ius hospitii crudelissima morte affectus esse traditur. At vero subiectis quibusdem populis, superest, ut ratio ipsa excipiendi hospites apud veteres consideretur.

Ac imprimis quidem salutatio, quæ posita erat in gestibus blandis et potissimum in corporis ad terram inclinatione. De Abrahamo vide superius. Lot quoque cum vidisset Sanctos hospites, surrexit, et ivit obviam eis, adoravitque pronus in terram. (l) Nonnunquam etiam osculabantur se invicem inter verba pacifica. Sic Jatre socer Moysis in deserto ab eodem excipitur. (m) Græci vero et Romani præter verba solemnia dextram sibi inviçem apprehendebant, qui mos salutaudi nunc quoque apud multas gentes locum habet. Eius rei exemplum illustre occurrit in Telemacho Minervam excipiente, (n) qui primum ægre fert peregrinam procul a foribus stare, deinde manum illius dextra apprehendit, ac solemnī formula *Chaire Xeine* salutatur.

Salutationem sequebatur invitatio. Sic Abrahamus invitat sanctissimos Hospites. (o) Domine, si inveni gratiam in oculis Tuis, ne transeas servum tuum. Simili quoque modo Græci et Romani hospites invitabant
His

(k) Cicero in Verrina IV, Livius Decade 3. Lib. 5.

(l) Genesis Capite XIX. v. 1. 2.

(m) Exodi Capite XVIII. v. 7. Qui egressus in occursum cognati sui adoravit, et osculatus est eum, salutaveruntque se mutuo verbis pacificis.

(n) Odyssea Lib. 1. v. 65.

(o) Genesis Capite XVIII. v. 3.

Genesis Capite XIX. v. 2.

Genesis Capite XXIV. v. 31.

His peractis hospes humanissime in locum amoenissimum vel in domum deducebatur. Sic Abrahamus Sanctissimos hospites sub amoenissima arbore requiescere iubet. (p) Lot vero rogavit Angelos, ut domum, Labanus vero ut hospitium intrarent. (q) Præterea Viris Sanctis coenacula, faciebant, eaque rebus commodis et necessariis omnino instruebant. (r) Non raro quoque solarium hospitibus recipiendis inserviebat in quo saepe advenæ pernoctabant. (s) Item servos atque omnem comitatum eadem humanitate excipiebant. (t) Græci autem et Romani in sellis aut thronis molliter ac magnifice stratis hospites collocabant, dabantque operam ut ab omni sono ingrato amoverentur. (u) Erat deinde hospitalitatis officium, oneribus, si quæ gestarent liberare, et in certo quodam loco collocare; si quæ pecora haberent, in stabulum deducere, pabulumque illis affatim præbere. (x)

Item moris erat, quod sane in oriente usitatissimum, hospites lavare et ungere.

Epulis quoque hospites liberalissime tractabantur. Alimentorum vero apud Hebræos frequentissima: panes, (z) vituli, lac et butyrum.

Græ-

(p) Genesis Capite XVIII.

(q) Genesis Capite XXIV. v. 25. et 31.

(r) Libro IV. Regum Capite IV. v. 9. Quæ dixit ad virum suum: animadverto, quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cenaculum parvum, et ponamus ei in eo lectulum, et mensam et sellam et candelabrum, ut cum venerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quædam, et veniens divertit in coenaculum et requievit ibi.

(s) Libro 1. Regum Capite IX. v. 25. Et descenderunt, de excelso in oppidum et locutus est um Saule in solario, stravitque Saul in Solario et dormivit.

(t) Genesis Capite XXIV. v. 31.

Libro 1. Regum Capite IX.

(u) Homerus in Odyssea Lib. 1. v. 67. et alibi,

(x) Genesis Capite XXIV.

Homerus Odyssea lib. IV. et alibi.

(z) Ac quoniam in cibi mentionem incidimus, videmur nobis opere pretium facturi, si quædam hac de re scriptis proposuerimus. Certum est ut ex locis modo allatis plane apparet, Hebræos in excipiendis hospitibus præter alia usos fuisse pane azymo, qui hebraice mazah appellatur. Latine vero idem panes

Græci vero et Romani salern panem et vinum hospitibus porrigebant. Quod autem scriptores antiqui salis mentionem sæpissime faciunt, ideo fit, quia hospitibus olim sal ante cibos apponebatur ceu amicitiae symbolum. Convivia vero hæc quæ in hospitum honorem dari consueverant, summa cum religione celebrabantur. Erat enim hoc genus sacrificiorum, quæ in honorem Jovis Hospitalis fiebant. (aa) Hinc apparet mensam ipsam antiquis sacrosanctam fuisse, per quam iurarunt. (bb) Post coenam interrogabant hospites, cuius rei causa venissent, id quod partim humanitatis partim prudentiæ fuisse videtur. (cc)

Nec vero cibo tantum potnque liberaliter fovendi erant hospites; verum etiam danda opera, ut noctu in lectis commodissime recumberent. Sic enim Sunamitis Elisæo; (dd) sic Alc nous Ulissi hospiti lectum a famulis optime parari curavit. Ita Nestor Telemachum atque Minervam voluit in ædibus suis cubare. (ee)

Postremo hospites non invitos retinebant, sed quando ita illorum ferebat usus atque voluntas humanissime dimittebant. (ff)

Demit-

panes subcinericii vocantur. Erat hoc placentarum genus ex farina purissima scilicet aqua nonnunquam etiam lacte, oleo vel alio liquore mixta confectum, quo Hebraei sæpissime uterentur. Levitici 8 et Exodi 29. placentarum mixtarum oleo fit mentio. Porro Hebræorum mazah videtur Græcorum *Maza* Romanorum massæ et nomine et re respondere. Nam primo nominis magna est affinitas ita, ut Græcorum omnino ab Hebræo videatur profluxisse. Deinde quod ad rem ipsam attinet, magna est similitudo. Etenim Hebræorum mazoth ex farina purissima dicuntur confectæ: tales fere sunt maza Græcorum descriptiones. Athenæus libro 14. scribit: initio *Mazan* vocatam esse *demotiken tina kai koinen trophen ek ton alphiton* id est: popularem quandam et communem cibum ex farina hordacea. *Alphiton* enim Græcorum quam vulgo quamlibet farinam, tamen proprie hordei tosti molituram sic appellant quæ latine polenta dicitur. Vide Lexicon Schneideri sub voce *Maza*.

(aa) Homerus in *Odyssea* Lib. 1. v. 67. et alibi, Enciclopedie ou Dictionnaire raisonné des Sciences et cét Tome 8. p. 314.

(bb) Homerus in *Odyssea* Lib. 1. et alibi.

(cc) Homerus in *Iliade* et *Odyssea* frequentissime morem hunc commemorat.

(dd) Libro IV. *Regum* Capite IV. v. 9.

(ee) *Odyssea* Lib. III.

(ff) Libro 1. *Regum* Capite IV. v. 26. Cumque mane surrexissent et iam eluce-

ceat-

Demittendi autem hospitis ratio apud Græcos et Romanos consistebat partim in verbis blandis et humanis: partim in epularum apparatu: partim in munerum largitione; partim denique in eorum deductione et comitatu. (gg)

Nec vero peregrini atque hospites solum humanissime excipiebantur, verum etiam ab aliorum vi atque iniuriis fortissime defendebantur. Sic Lot Sanctissimos hospites cum periculo vitæ suæ a Sodomitarum vi defendebat. (hh) Telemachus cum Minervam hospitio excepisset, separatim illi epulas instruxit, ne quid a procis molestiæ exhiberetur. (ii)

Jam vero considerata hospitii ratione temperare mihi non possum, quin Vos Juvenes Optimi ad ea quæ sæpe vobiscum in rerum gestarum memoria proponenda communicaverim, iterum atque iterum hortor. Nolite, quæso, eo esse animo; ut more quorundam specie fallaci et rerum novarum studio trahamini; sed, ut soletis, omni tempore veram Doctrinam et præcepta vitæ saluberrima quærat. Habetis virorum Sanctissimorum præclarissima vitæ exemplaria, quæ imbibere iam a prima adolescentia maxime nitamini. Habeant sibi alii sapientiæ nomen et invidiosum et obscurum: vos tamen ita vivatis, ut vestra probetur fides, integritas, æquitas et liberalitas. Ii enim semper boni sunt appellandi, qui ea spectent, quæ sunt in usu, non ea, quæ finguntur aut optantur. Quare et hæc, quæ de Hospitio disputavi, eo animo accipiat, ut nobis solatio patriæque sitis ornamento.

Scribendam Kielciis Novis Mais Anno Domini MDCCCXXV.

Vincentius Bieliński.

Magister Philologiæ Professor S. P. K.

Є

esceret vocavit Samuel Saulem in solario dicens: Surge et dimittam te. Genesis Capite XXIV. v. 54. Surgens autem mane, locutus est puer: Dimitte me ut vadam ad dominum meum. Responderuntque frater eius et mater: Maneat puella saltem decem dies apud nos, et postea proficiscetur. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam, dimitte me, ut pergam ad dominum meum. Dimiserunt ergo... servumque Abraham et comites eius.

(gg) Homerus Odyssea Lib. 1. ver. 67. et alibi.

(hh) Genesis Capite XIX. v. 8. Dummodo viris istis nihil mali faciatis, qui ingressi sunt sub umbra culminis mei.

(ii) Homerus in Odyssea Lib. 1. et alibi.

Vitæ XVI. Adolescentium, qui in Universita-
tem literariam abituri, maturitatem suam
explorandam dederunt.

I. Bienni cursu absoluto examinabuntur.

1. *Antonius Zagrodzki.*

Stopnicæ Palatinatus Cracoviensis oppido 1805. natus; primis literarum rudimentis domi perceptis, anno ætatis undecimo civibus classis I. Lycei nostri adscriptus, ita studuit, ut semel laude, bis præmio in tentaminibus publicis ornatus sit. Nunc bienni cursu in suprema classe absoluto, de maturitate academica explorandum se dat, in Universitate literaria Regia Varsaviensi *Medicinæ* operam navaturus.

2. *Stanislaus Łuszczkiewicz.*

Anno 1805. Andreoviæ in Palatinatu Cracoviensi natus, ibique primis literarum elementis imbutus est. Postea Cracoviam petiit, atque Lycei, quod in hac urbe floret, civibus classis II. adiunctus, quinque annorum spatio, in examine publico laudatus, usque ad sextam classem pervenit. Anno 1823. in Lyceum nostrum se contulit, ubi absoluto cursu civibus supremi ordinis præscripto, huic scholæ valedicit, in Universitate literaria *Medicinæ* studio sese traditurus.

3. *Hippolytus Zurkiewicz.*

Natus anno 1807. in Palatinatu Cracoviensis pago, qui Turczępy dicitur. Cum primis literarum elementis domi imbutus esset, anno 1820. scholæ, quæ Sandomiriæ floret, traditus, atque tertiæ classi adscriptus est. Duos post annos, bis præmio ornatus, Lycei nostri classis V. civis est factus. Sequenti anno, affectus laude publica, in sextam classem promotus fuit; in qua bienni cursu confecto de maturitate explorandum se dedit, in Universitate literaria *Artibus liberalibus* operam daturus.

4. *Re-*

4. *Romanus Biegański.*

Anno 1803. in Palatinatus Cracoviensis pago Dzi-rzgow natus, initia literarum a Magistris percepit privatis. Anno 1818. civibus primis ordinis Lycei Kielcensis adnumeratus, per septem annos operam studiis ita navabat, ut bis laude, bis præmio in tentaminibus publicis ornaretur. Nunc legitimo cursu in sexta classe peracto, in Universitatem literariam abit, *Physicis* sese consecraturus.

5. *Adalbertus Żelkowski.*

In Palatinatus Sandomiriensis oppido Modliborzyce anno 1804. natus, principia literarum paternos inter parietes didicit. Undecimum annum agentem civibus classis primæ Scholæ Kielcensis parentes adscribere curare. Octo inter annos, quorum unum, interpellantibus privatis incommodis, omisit, bis laude publica decoratus, ad sextam classem perrenit; in qua duos annos moratus, cum examen maturitatis subierit, in Universitate literaria *Mathesi* se consecrabit.

6. *Franciscus Żółciński.*

Pago Włostów in Palatinatu Sandomiriensi 1807. natus, studiorum rudimenta didicit privatim. Anno 1818. Lyceo, quod Kielciis floret, traditus, primæ classi adscriptus est. Septem annorum spatio semel præmio, quater laudibus Præceptores ornare. Bienni cursu in suprema classe absoluto, scholam hanc relinquit, in Universitate literaria *Theologiæ* operam daturus.

7. *Antonius Krauss.*

Anno 1807. in Palatinatus Cracoviensis pago Stroynow natus. Primis literarum elementis, tum domi, tum Cracoviæ in scholis privatis imbutus est. Deinde scholæ, quæ in Silesiæ oppido Gnadenfeld viget, traditus, ibique duos annos cum dimidio moratus, anno 1820. inter-

cives ordinis III. Lycei Kielcensis receptus est. Per annos quinque ita literis incumbere, ut bis præmio, bis laude publica ornaretur. Nunc in Universitate Literaria *Artibus liberalibus* navare operam sibi proposuit.

8. *Josephus Lasocki.*

Pago Zaborze in Palatinatu Cracoviensi natus anno 1807. Principia literarum a Præceptoribus domesticis postquam acceperat, anno 1818. in Lyceum nostrum se contulit, classis I. civis factus. Septem intra annos, bis laude publica ornatus est. Bienni cursu in sexta classe, ut præscriptum est, peracto, de maturitate ad studia academica explorandum se dat, *Physicis*. operam navaturus.

9. *Joannes Złowodzki.*

Natus est anno 1804. in Palatinatu Cracoviensi pago Xiążnice wielkie. Anno 1816. scholæ Kielcensi traditus, civibus primi ordinis adnumeratus fuit. Dum apud nos morabatur, ter publice laudatus est. In suprema classe legitimo cursu confecto, in Universitatem literariam, *Theologicæ atque Philosophiæ* sese consecraturus, abit.

10. *Joannes Nielepiec.*

Viginti annos natus pagum Sędziszów in Palatinatu Cracoviensi patriam habuit. Quum decimum ætatis annum ageret, Lyceo Kielcensi Rector et Professores receperet. Ibi a prima usque ad sextam classem studiis operam navabat, semel præmio, ter laude in tentaminibus publicis decoratus. Nunc de maturitate academica explorandum se dedit, eo consilio, ut in Universitate literaria *Medicinæ* se traderet.

11. *Vladislaus Lopatecki.*

1804. natus in Palatinatu Sandomiriensis pago Sulborowice. Principiis literarum rudimentis domi acceptis, frequentavit duos per annos scho-

scholam, quæ Petricoviæ floret; laude publica ornatus contulit se in Gymnasium Radomiense, ubi quinque inter annos, semel præmio, bis laudibus publicis decoratus, a secunda usque ad sextam classem promotus fuit. Denique civibus Lycei Kielcensis ordinis supremi adscriptus, de maturitate explorandum se dat, studio *administrandæ Rei publicæ* operam daturus.

*II. Annuo cursu absoluto, admissi consensu
Supremi Consilii Rerum Sacrarum et
Institutionis Publicæ.*

12. Alexander Wielogiewski.

Anno 1806. pago Nadzów in Palatinatu Cracoviensi natus. Septimo ætatis anno Cracoviam delatus, ibique, in derante doctissimo Sołtykiewicz, prima studiorum elementa privatim didicit. Tribus annis elapsis, Lycei nostri civis factus, usque ad supremam classem literis operam navabat, in tentaminibus publicis inter eminentes citatus. Jam vero de maturitate explorandum se dat, *stipendia militaria* facturus.

13. Florianus Gostkowski.

In Galiciæ pago Proszowki 1806. anno natus, initia literarum paternos inter parietes percepit. Anno 1818. Cracoviam petiit, atque Lycei, quod ibi floret, civibus primi ordinis adscriptus, sub tutela optimi Professoris Caietani Kowalski, unum per annum literis operam dabat. Postea Lyceo Kielcensi Parentes tradiderunt, ubi, quinque annorum spatio, semel atque iterum laude publica affectus, a secunda ad sextam classem pervenit. Nunc annuo cursu confecto, in *Universitate literaria Oeconomice politicæ* operam navare sibi proposuit.

14. Florianus Warzycki.

Anno 1807, Pieczonogi Palatinatus Cracoviensis pago natus. Principia-

cipia literarum a Magistris domesticis postquam acceperat, anno 1818. Cracoviam petiit, atque inter Lycei, quod ibi floret, discipulos ordinis primi receptus, ibique tres annos cum dimidio moratus, quovis anno inter eminentes recitalus fuit. Postea scholam nostram frequentare coepit, classis IV. civis factus. Tribus annis præterlapsis, semel præmio ornatus, bis laurele accepta, in sextam classem promotus fuit. Nunc examini maturitatis se dedit, *Jurisprudentiæ* operam navaturus.

15. *Antonius Gwoździowski.*

Kielciis anno 1807. natus, initia literarum a Præceptoribus edoctus est privatis. Decimum annum agentem parentes scholæ Kielcensi tradiderunt, ubi classis I. civibus adscriptus fuit. Spatio temporis, donec ad sextam classem pervenisset, semel præmio, semel laude ornatus erat. In suprema classe solidum per annum moratus, *Jurisprudentiæ* nec non *Oeconomice politicæ* incumbere cupiens, de maturitate explorandum se dat.

16. *Valentinus Mazurkiewicz*

Natus Kielciis 1807. anno, primæ rudimenta literarum privatim percipit: anno vero 1818. scholæ Kielcensis primæ classi adscriptus est. Sex annorum spatio, bis præmio in examine publico ornatus, in classem sextam promotus fuit. Nunc vero cupiens se accingere *Philosophiæ*, huic scholæ valedicit.

Uczniowie zasługujący przez pilność w naukach i przykładne sprawowanie się:

I. Na nagrodę publiczną.

z Klasy I.

- | | | |
|------------------------------|--|------------------------|
| 1. Bader Maxymilian. | | 4. Ignatowski Julian. |
| 2. Woyciechowski Teofil | | 5. Rychel Franciszek. |
| 3. Chałgasiewicz Maxymilian. | | 6. Nowowiejski Henryk. |

z Klasy II.

- | | | |
|---------------------------|--|--------------------------|
| 1. Stachurski Franciszek | | 5. Niedziałkowski Józef. |
| 2. Berkowski Stanisław | | 6. Kubicki Piotr. |
| 5. Podgórski Mikołaj | | 7. Nowakowski Tefil. |
| 4. Mroczkiewicz Hippolit. | | |

z Klasy III.

- | | | |
|-----------------------|--|--------------------------|
| 1. Łabęcki Konstanty. | | 5. Malinowski Stanisław. |
| 2. Teliga Ignacy. | | 6. Jurkowski Michał. |
| 5. Wetzlich Piotr. | | 7. Niolko Józef. |
| 4. Zalewski Wincenty. | | |

z Klasy IV.

- | | | |
|---------------------------|--|-------------------|
| 1. Zaydler Józef. | | 3. Dąbrowski Jan. |
| 2. Klimaszewski Grzegorz. | | |

z Klasy V.

- | | | |
|---------------------|--|-----------------------|
| 1. Guliński Andrzej | | 3. Potocki Konstanty. |
| 2. Symonowicz Felix | | 4. Michiński Jan. |

z Klasy VI.

- | | | |
|------------------------|--|----------------------|
| 1. Zelkowski Woyciech. | | 4. Zagrodzki Antoni. |
| 2. Zurkiewicz Hippolit | | 5. Sełtyk Stanisław. |
| 5. Krauss Antoni. | | |

II. Na pochwałę publiczną:

z Klasy I.

1. Majewski Erazm — 2. Baiankiewicz Józef. — 3. Masło Woyciech. — 4. Masło Leon. — 5. Kotkowski Seweryn. — 6. Godlewski Robert. — 7. Paszkowski Antoni. — 8. Paszkowski Kazimierz. — 9. Kanarkiewicz Ludwik.

z Klasy II.

1. Kawecki Julian. — 2. Przyłęcki Sabin. — 3. Kowalski Dominik 4. — Stoiowski Hippolit. — 5. Karwiński Leopold. — 6. Wóycikowski Jgnacy. — 7. Karwiński Józef. — 8. Wóycikowski Felix. — 9. Górski Michał. — 10. Hachlewski Bazyli. — 11. Roźnowski Alexander.

z Klasy III.

1. Noakowski Jan. — 2. Gaiek Karol. — 3. Brudziński Ludwik. 4. Koziorowski Józef. — 5. Gwoździowski Paweł. — 6. Gill Walenty. 7. Kanarkiewicz Stanisław. — 8. Solnicki Antoni. — 9. Katerla Eugeniusz.

z Klasy IV.

1. Rybarski Felix. — 2. Deskur Józef. — 5. Łapinkiewicz Marcel. — 4. Dobiecki Aloizy. — 5. Ramlau Saladyn.

z Klasy V.

1. Teliga Karol. — 2. Sroczyński Kasper. — 3. Ostrowski Teodor. — 4. Rybus Antoni. — 5. Pałczyński Symon. — 6. Czaplicki Wilhelm. — 7. Zabokrzęcki Dyonizy. — 8. Malinowski Marcel. — 9. Kowalczewski Antoni. — 10. Lisicki Piotr.

z Klasy VI.

1. Gwoździowski Antoni. — 2. Mazurkiewicz Walenty. — 3. Biegański Roman. — 4. Zolciński Franciszek. — 5. Łuszczkiewicz Stanisław. — 6. Złowodzki Jan. — 7. Zawadzki Franciszek. — 8. Witoski Mikołaj. — 9. Wisłogłowski Alexander. — 10. Gostkowski Floryan.

K. STĘGOZBIOR
MARCINA ZAMOYSKIEGO

12191 -KZ

Ode Abram Ruzemwain 11-X-89... o.